



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De mulieris elatione. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

nec non etiam, quod prædictimus, innuividetur, scilicet, quod tentationem præcesserat aliqua elatio & præsumptio in mente hominis.

*Obiectio contra illos qui dicunt elationem præcessisse in mente.*

Quod si ita fuit, non ergo alterius suggestione prius peccauit, cum auctoritas tradat, ideo peccatum diaboli incurabile esse, quia non suggestione, sed propria superbia cecidit: hominis vero curabile, quia non per se, sed per alium cecidit, & ideo per alium resurgere potuit. Quocirca prædicta verba August. pium ac diligentem Lectorem efflagitat: quæ sic intelligere sane quimus: Non deiceretur homo in actum illius peccati, vt sc. lignum vetitum ederet, & in has miseras per tentationem diaboli, nisi elatio comprimenda præcessisset, non utique tentationem, sed opus peccati. Talis enim fuit ordinis processus. Diabolus tentando dixit. Si comederitis, eritis sicut dei, scientes bonum & malum: quo auditio statim menti mulieris surrepsit elatio quedam, & amor propriæ potestatis: ex quo placuit ei facere quod diabolus suadebat, & vici fecit. Suggestione igitur peccauit, quia tentatio præcessit: ex qua mente eius orta est elatio, quam peccatum operis secutum est, & poena peccati.

*Quæ fuit elatio mulieris.*

Et talis quidem elatio in mente mulieris fuit pro certo, qua credidit & voluit habere similitudinem Dei cum equalitate quadam putas esse verum quod diabolus dicebat: Et ideo specialiter mulierem commemorat Augustinus inquiens Quomodo crederet mulier diabolo, nisi esset in mente eius de se superba præsumptio. Et quod ibi sequitur, sc. Quæ per tentationem fuerat conuincenda vel perimenda: ad mulierem referendum est, vt intelligatur, quæ mulier, non quæ elatio fuerat per tentationem.

*Quæ*

*Quomodo  
intelligen-  
da sint illa  
verba hic  
definit.*

*Aug. ad fi-  
nem ca. 30.  
li. II. de Ge-  
nesi adlite-  
ram.*